



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De vulnere lateris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

310 DE CORP. DOL. SALVAT.
DE VVLNERE SANCTIS-
simi lateris Christi.

1.
Vulnus la-
teris Chri-
sti.

PRIMUM considera, hoc vulnus in dextro latere extitisse, quemadmodum patet ex sacra Syndone, & principuorum Ecclesie Doctorum observatione. Et verò, quanquam vulnus hoc pro mortem Christo inflictum fuit, ideo corpus eius nullum inde dolorem sentiat, tamen quoniam illud prouideret, quantum ex eo sanctissima mater sua dolorem perceptura erat, probe cognoscere habebat, multo ante quam infligeretur, incredibilem ex eo dolorem cepit.

2.
Magnitudo
vulneris la-
teris Chri-
sti.

Secundo, expende tecum, vulneris huius magnitudinem, quod in longitudine habet unciam unam, & tres quartas eius partes: in latitudine semiunciam, quemadmodum ex sacra Syndone manifestum est, & colligi etiam potest ex ferro lancee quod Romae in Ecclesia S. Petri reuerenter asseruatur: Cuius quoque magnitudinem Saluator ipse innuit, quando in Euangelio S. Thomam hortatur, ut manus suam inferat in latus suum dicens: *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.*

Ioan. 20.

3.

Tertio, reuolue tecum, ex hoc vulnere profluxisse verum sanguinem & veram vitam, quam, vti S. Euangelium affirmat, quod

Ambro-

Ambrosio attestante, valdè mirum fuit. *Lib. 10. in Luc. cap. 3.*
Primum, quia ab homine mortuo processit; cum post spiritus emissionem sanguis in corporibus ferè soleat congelari. *Deinde*, quia ex vno vulnere sanguis & aqua simul prodijt, non permixtim, neque confusè, sed distinctè, idque eodem tempore: quod cum S. Euangelistæ Ioanni miraculosum, vti reuera erat, videretur, vt dictis suis maiorem adderet efficaciam, mox subiunxit, se oculatum huius rei testem extitisse, ideoque testimonium de illa perhibere. *Exiuit sanguis & aqua; & qui vidit, Ioan. 19. testimonium perhibuit.*

DE TORMENTIS QUAE
 Christus in sensibus suis perpeffus est:
 & primum in visu.

CONSIDERA Christū in sensu visus vehementer cruciatū fuisse. *Primo*, propter velū, quo sanctissimi oculi eius obuelati fuerūt, illis qui circūstabant, eū deridētibus, alapis cædētibus, atq; vti S. Lucas affirmat dicentibus: *Prophetiza, quis est qui te percussit?*

I.
 Tormenta
 quæ Christi
 in visu
 perpeffus
 est.
 Luc. 22.
 Matth. 26.
 Marc. 14.

Secundò, propter ingentē abundantia lachrymarū, quæ à purissimis oculis eius tempore passionis processerunt, & velut aquæ tribulationum per diuersos riuos defluentes terram irrigarunt.

Ter-